PIST. Malvæ. *Germen* depresso - orbiculatum. *Stylus* unicus, apice decempartito in fila. *Stigmata* simplicia.

PER. *Capsulæ* decem, in rotam orbicularem depressæ, more malvæ.

*Centro* parvo, brevi, conico.

SEM. remiformia, solitaria.

*Color* floris purpureo-pallidus, vel pæne albus.

*Alteram* varietatem non infrequentem offendi, simillimam huic descriptæ; sed distinctam foliis quasi profundius partitis, calycis laciniis brevioribus & latioribus, corolla parva, calyce minore; Capsulis 11 circ. Calyceque paulo pilosiore; sed absque dubio erit sola varietas, utut quoque observavi in Malva rotundifolia. Fl. Svec. 580. jam floribus parvis, uti in Svecia communiter, jam calyce triplo quadruplove majoribus purpureis, quæ varietas hic Madriti vulgatior observatur.

---

CLAS-